In dei nomine Amen.

Per huius publici instrumenti seriem et thenorem cunctis pateat euidenter et sit notum quod In Nobilissima et fidelissima Ciuitate burgen. die vero lune vicessima septima mensis Januarij Anno a natiuitate domini Millessimo quadringentessimo Nouagessimo quarto coram venerabili et circunspecto viro domino Johanne de salazar vtriusque Juris baccallario Reverendi in christo patris et domini domini ludouici de acuña dei et apostolice sedis gratia episcopi burgen. Vicario et officiali generali personaliter constitutus venerabilis vir dominus Johannes de Canneis Rubeis procurator et maior domus hospitalis sancti Jo[hannis] … litteras dicti hospitalis in pergameno scriptas vnam Sixti pape quarti et aliam Innocentij Octaui sigillatas vero sigillo plumbeo in filis siriceis coloris Rubei Croceique … omni prorsus vitio et suspitione vt prima facie apparebat carentes exibuit et presentauit Quarum quidem litterarum thenores de verbo ad verbum sequitur et sunt tales:

Sixtus Episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam Rei memoriam. … Regi quam dominico presidentes inter varias multiplicesque curas et sollicitudines que ex ministerio pastoralis officij nobis incumbunt illam totis affectibus … recipientes … representari dignatus est inopie et indigentijs subuenitur ac hospitalia et alia pro personarum sustentatione Jnopiumque infirmorum et personarum huiusmodi refecti … affectione prosperos votiuosque contingat successus partes nostras quantum exalto permittitur interponimus efficaces sane pro parte Carissimi in christo filij … venerabilis fratris nostri ludouici Episcopi burgen. necnon dilectorum filiorum ciuium Ciuitatis burgen. ac prioris et conuentus Monasterij sancti Johannis per priorem … quem capud et de principalioribus ac insignis Ciuitatibus dictorum Castelle et legionis Regnorum ac via publica eundi ex italie Germanie et gallie partibus … et licet in Ciuitate predicta illiusque suburbijs plura existant hospitalia pro subuentione pauperum et peregrinorum huiusmodi ut plurimum tamen inutilia sunt … necessitates verum sine dicta ciuitate aliquod insigne hospitale pro pauperibus infirmis Recreandis et Reficiendis ac ab infirmitatibus suis curandis … Mercatores et diuites existunt ad tam dignum opus faciendum manus porigerent adiutrices ac Prior et Conuentus predicti quoddam solum eius Monaste[rij] …

[illegible]

Innocentius Episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. …

[illegible]

… Quibus … in hanc publicam formam Sigillo dicti honorabilis domini Vicarij sigillatis redigentes volens quod deinceps transumpto seu transumptis huiusmodi plena fides exhibeatur In Juditio et extra In omnibus et per omnia sicut predictis originalibus litteris melioribus modo via et forma quibus de iure potuit et debuit suam auctoritatem pariter et decretum interposuit pariter et decreuit. De quibus omnibus et singulis prefatus venerabilis dominus Johannes de Calceis Rubeis Majordomus et procurator petijt et requisiuit per me Notarium infrascriptum vnum duo vel plura publicum seu publica instrumentum et instrumenta sibi tradi. Acta fuerunt hec ubi Anno die Mense quibus supra presentibus ibidem venerabili domino Johanne petrigarca Canonico Cathedralis ecclesie dicte Ciuitatis burgen. ac Petro sancij de Cantabrana et Didaco fernandi de Urriloci sancti Emilian de ycora Testibus ad premissa vocatis pariterque Rogatis. Et ego Rodericus alfonsi clericus Burgen. diocesis In artibus et sacra theologia baccallarius publicus apostolica auctoritate Notarius Quia predictarum litterarum apostolicarum Exhibitioni et presentationi lecture et receptioni ac expositioni petitioni Examini et mandato necnon auctoritatis et decreti interpositioni omnibusque alijs et singulis premissis dum sic ut premittitur per eundem dominum Vicarium et Officialem generalem et coram eo agerentur et fierent vna cum prenominatis Testibus presens interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui ac In Notam sumpsi ideoque hoc presens publicum Instrumentum pre insertas et transcriptas litteras pre dictas In se continentes manu propria fideliter scriptum et in hanc publicam formam redactum confeci subscripsi vna cum predicti Reverendi domini Vicarij Sigilli appensione munitum exemplaui ac illud signo et nomine meis solitis et consuetis signaui hic me subscribens in fidem et testimonium veritatis omnium et singulorum premissorum Rogatus et requisitus. Rodericus Alfonsi Baccallarius Apostolicus Notarius: —

Et nos christoforus nauarro portionarius alme ecclesie toletan. et fernandus de lunar Secretarius admodum Reverendi ac magnifici Capituli dicte ecclesie Toletan. Et notarij publici apostolici Rogati et Requisiti pro parte Reverendi domini domini Didaci Sarmiento prioris Monasterij de las cuevas Ciuitatis hispalen. ordinis de la cartuxa hunc transumptum ex alio transumpto fideliter transcribi fecimus manu alterius et collationauimus et comprobauimus cum dicto transumpto In ciuitate Toletan. Die vigessima quinta Mensis Nouembris Indictione tercia anno a christo Incarnato Millesimo quingentessimo vigessimo. presentibus honorabilibus viris Alfonso Sereño et alfonso de Contreras et Alfonso de Martines clericis ad presens Residentibus In dicta Ciuitate Toletan. Testibus ad premissa vocatis specialiter atque Rogatis.



Et ego predictus christoforus Nauarro clericus alme ecclesie Toletan. portionarius publicus apostolica auctoritate Notarius Quia premissis omnibus et singulis vna cum prefato domino Secretario fernando de lunar etiam apostolico Notario presens Interfui Ideo hoc publicum Instrumentum transumpti manu alterius fideliter scriptum et collationatum et comprobatum signo et nomine meis solitis et consuetis signaui In fidem … omnium et singulorum premissorum Rogatus et Requisitus.

Christoforus Nauarro apostolicus Notarius

Fernandus de lunar apostolicus Notarius

Et ego prefatus fernandus de lunar clericus publicus apostolica auctoritate Notarius … Secretarius alme ecclesie Toletan. predictis collationi et comprobationi presens vna cum prenominatis testibus Interfui … ideo fidem et testimonium subscripsi et signaui Rogatus et Requisitus.

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

5

Bula del Hospital de Burgos.

Burgos

nº 5

nº 5

ARCHIVO · DIPUTACION PROVINCIAL · SEVILLA

PERGAMINOS, 8
Hospital de las Cinco Llagas, leg. 4 c

K.k.

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO